

111. Coronidis loco audiamus Robertum Bel-
larminum, nihilò felicius *πελαγιανίζοντα*,
qui scribit, Catholicos omnes summâ con-
sensione docere, Legem Dei absolutè esse
possibilem, non quidem per solas vires li-
beri arbitrii, sed per auxilium gratiæ Dei,
& charitatis habitum infusum.

112. Neque verò, proficit quicquam Iesuita,
dum divine gratiæ adiutorium viribus naturali-
bus adjunctum demùm posse legem absolutè im-
plere statuit: Nam & Pelagianos gratiæ divine
locum eodem modo reliquisse, suprâ ex Augusti-
no comprobavimus, *Thef. 94.*

113. Quare tandem concludimus rectissimè con-
fessionem nostram Pelagianos & Pontificios ejus-
dem erroris reos peragere, ac proindè etiam uno
eodemque Anathematis gladio utrosque percuti-
endos.

114. Sed sunt & alij hæretici, quorum impie-
tas hoc in Articulo damnari debet: ut Manichæi
qui asserunt, Malum non ex libero arbitrio
ortum esse, neque voluntariè animas hominum
peccare, sed coactas à contraria & inimica nobis
substantia: teste Augustino, lib. 1. *Retract. cap. 9.*
& lib. *de fide contra Manichæos, cap. 5.* Sed de
hoc impie-rogmate sequens aget disputatio.

115. Pertinent ad errantium classem etiam Sy-
nergistæ, qui voluntatis libertati in conversione

V u 2

aliquam